Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et respondens mater eius dixit Nequaquam: sed
uocabitur iohannes Et dixerunt ad illam: quia
nemo est in cognacione tua qui uocetur hoc no
mine innuebant autem patri eius: quem uellet
uocari eum Et postulans pugillarem scripsit
dicens Johannes est nomen eius Et mirati sunt
uniuersi Aperti sunt autem illico os eius et lingua
eius: et loquebatur benedicens deum Et factus
est timor super omnes uicinos eorum: et super omnia
montana iudee diuulgabantur omnia uerba hec
Et posuerunt omnes qui audierant in corde
suo dicentes Quis putas puer iste erit Etenim
manus domini erat cum illo Et zacharias pater
eius impletus est spiritu sancto: et prophetauit
dicens Benedictus dominus deus israel: quia uisitauit
et fecit redempcionem plebis suae OFF. Iustus
ut palma florebit sicut cedrus quae in libano est multi
plicabitur SECRET Tua dona muneribus altaria
cumulamus: illius natiuitatem honore debi
to celebrantes qui saluatorem mundi et ceci
dit affuturum et ad esse monstrauit Domini COMM
Tu puer propheta altissimi uocaberis praibis enim ante faciem
domini parare uias eius COMP Sumpta celestia tua de
ben iohannis baptiste generacione letitiam
quem sue regeneracionis cognouit auctorem
Per eum Alia Omnipotens munere sancti maiestatem
tuam supplicater exoramus omnipotens deus: ut intercessione beati iohannis baptiste prophete cuncta
culpis: et tua ualeamus inherere mandatis
Per iohannem et Paulum Oppressi tribulacionem
Quesumus omnipotens deus. ut nos genuina